



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

6. Heinrich der Löwe, Herzog von Sachsen, ersucht seinen Steifvater, den
Herzog Heinrich von Baiern, um Hülfe gegen Albrecht den Bären, im Jahre
1142.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55801)

5. Sobieslaus, Herzog von Böhmen, verspricht dem Markgrafen Albrecht Hilfe gegen Herzog Heinrich, im Jahre 1139.

Responso.

Legationem uestram solita nobis erga clementia amicos consternato animo suscepimus uosque iniqua fortuna laborare dolemus, sed hanc, quia cecam nouimus indignisque modis nunc his nunc illis et adesse et abesse scimus, cum armatam manum, ut petistis, in auxilium uobis miserimus, ipsam quoque ludemus et auspice rerum omnium creatore, propulsis hostibus, pristinam uobis dignitatem restituemus.

Aus einem Codex epist. nach Dr. Eubendorf's Registrum II, 127, Nr. 46.

6. Heinrich der Löwe, Herzog von Sachsen, ersucht seinen Stiefvater, den Herzog Heinrich von Baiern, um Hilfe gegen Albrecht den Bären, im Jahre 1142.

A. Duci Baioariorum Saxonicus dux. Cum genere nobis sis proximus postque parentum meorum decessum tyrunculus ego post omnium opificem maximam in uobis spem habere videar, fidem mihi a uobis debitam nunc queso rebus experiar, quatinus mihi, contra marchionem N. bella gerenti, quia uos in rebus bellicis expertissimum scio, consilium et auxilium feratis, una mecum contra eum pugnando manum conferatis.

Aus einem Codex epist. nach Dr. Eubendorf's Registrum II, 127, Nr. 47.

7. Heinrich, Herzog von Baiern, verspricht dem Herzoge Heinrich von Sachsen Hilfe gegen Albrecht den Bären, im Jahre 1142.

B. Saxonum duci Baioariorum dux. Inter prestantissimos regni principes uos gloria et honore peditum gaudeo, et quia confanguinitatis linea iungimur, N. marchionis contra uos bella non leuiter fero, et, si necesse fuerit, quo tempore et quo loco uolueritis, contra eum ipsemet cum meis uobis in auxilium uenire non differo.

Aus einem Codex epist. nach Dr. Eubendorf's Registrum II, 127, Nr. 48.